

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1465

Auteur(s) : Robert II, Meulan (comte)

Bénéficiaire(s) : Beaumont-le-Roger, Sainte-Trinité, dépendance Le Bec (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1179...

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Robert II de Meulan ordonne que toutes les 10^e semaines, la prévôté et les moulins de Beaumont soient mis aux mains des religieux qui percevront à leur profit tous les revenus de même que ses officiers les perçoivent pendant les 9 autres semaines ; et la dîme des autres profits qui ne pouvaient être perçus pendant cette semaine.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Deville Étienne, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, Paris, Champion, 1912, n° V, p. 17-18.

Dissertation critique

Datation proposée par E. Deville. Cf. Robert II, comte de Meulan, 1166-1204 ; Roger Ier, de Bailleuil, l'abbé du Bec, 1149-1179.

Texte établi d'après a

Quoniam potencium expedit honori ecclesiastica jura omnino tamquam propria immutabiliter observare, et tam ecclesiastice quam proprie providere utilitati, iccirco ego Robertus, comes Mellenti, ea inconusse observari desiderans, que antecessoribus meis, pro salute animarum suarum, ecclesie sancte Trinitatis de Bellomonte et in eadem Deo servientibus concessa sunt, baronum meorum consilio, coram Rogerio, Beccensi abbate, et ejusdem loci capitulo, Deo et prenominate ecclesie Sancte Trinitatis et monachis ibidem Deo servientibus et, servituris pro salute anime mee et antecessorum meorum, concessi quod predicti monachi, sive in propria, sive in sui prepositi manu, in unaquaque decima septimana profecturam, et omnes molendinos Bellomontis teneant et habeant, et omnium istorum redditus et eventuras et placita, et omnes utilitates, ita libere et quiete quemadmodum ego et servientem sei in aliis IX septimanis predictas balleias libere et quiete tenemus et possidemus. De vice comitatu vero hoc concessi, quod prior habeat ministrum cum vicecomite meo, qui omnia placita et forifactoras et eventuras que eveniunt in vice comitatu, ad opus monachorum suscipiat, et omnes fructus et utilitates, que pertinent in aliis novem septimanis ad vice comitem, in decima septimana per manum ministri sui prior habeat. Et quia multa sunt quorum fructus et utilitates per septimanas colligi non possunt, scilicet sicce multe et forinsece, prefecture et census annui, et stallorum collocationes, et si qua sunt alia, ideo precipio quatinus horum omnium rectam decimam prior et monachi prefati sine delatione, sine ulla vexatione habeant. Ne autem ex ministrorum meorum aliqua fraude vel odio redditus decime septimane in aliquo inmorentur, coram prefatis prudentibus et religiosis viris, Deo et ecclesie pepigi quod, quocienscumque in predictis balleis ministros, sive ut custodes, sive ut firmarios, instituum, ipsi et omnes eorum conservi juramento monachos securos facient, quod neque latenter neque in aperto septimanam monachorum

pejorabunt, nec per se, nec per quamlibet personam. Preterea ballivis meis et servientibus meis, quibus hoc pertinet, firmiter tenendum precipio, quatinus molas et exclusas, et alia molendinis necessaria ad septimanam monachorum ita sufficienter preparent, ne monachi pro defectu istorum aliquod dampnum patiantur, quia ex mea possessione, vel illorum quibus est cura molendinorum commissa, tantumdem monachis reddere, quantum dampni servientes monachorum eos habuisse rationabiliter probarent. Ut autem donatio ista et concessio stabilis et firma in perpetuum permaneat, hanc donationem sigilli mei autoritate minutam et conservatam super altare Sancte Marie Becci posui monachis apud Bellomontem in ecclesia sancte et individue Trinitatis Deo militantibus ita libere et quiete, ut supra dictum est, tenendam et habendam. Osbertus vero, tunc temporis prior Bellomontensis, de beneficiis Sancte Trinitatis XXti marcas argenti in recognitione istius concessionis ex caritate michi donavit Johanne de Joe, Ranulfo de Bigart. Willelmus de Sancto Leodegario, Landrico de Elleboto, Willelmo Parvo. Willelmo Cayn, tunc preposito. Radulfo Balduini et multis aliis. Ego Robertus comes hanc cartam confirmavi salvo revelamine de militibus meis ubi prior michil habet.